



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

stitue; ut valenti corpore & animo valeam tibi in po-
sterum deseruire. Hæc cùm dixisset, conspicere,
per quietem sibi videbatur eximiâ pulchritudine,
feminam, quæ leniter apprehensam manu obuer-
tit in alteram lectuli partem: deinde bono animo
esse iussit, quasi quod sperârat adeptani. Nec
vanum fuisse quod viderat, fides secutæ valetudi-
nis firmauit.

A N N O M D L X X X I X.

955 Neapoli quidam (aiunt literæ huius anni)
piam vitam egerat diu: quam paulatim intepe-
scens etiam posthabuit; hoc iam deterior, quòd
non vitijs modò prouehebatur, sed & prauâ animi
contentione. Adit ad eum ingrauescente valetudi-
ne unus de Societate, quasi per officium: persua-
det; ut ex veteri confuetudine consugiat ad auxi-
lium Dei Matris, & Sanctorum quos olim Patro-
nos habuisset. Nec frustra. Adesse visa illi est ore pla-
cidissimo Beata Virgo confessionem præcipiens.
Idem fuit S. Ioannis Euangelistæ, & Francisci de
Paula admonitum, qui eidem se obtulerunt yiden-
dos. Narratur viñum familiaribus. reuocatur
Sacerdos, & ille peccata confessus piè decessit.

*Tepidos
per illam
suuare.*

956 Eadem literæ narrant; Sodali cuidam
qui se ordini nostro aggregare constituerat, vi-
sam fuisse Deiparam, quæ potionem præbuit de-
cumbenti; eumque à febri postea persanauit.

pag. 23.

*Aegros re-
creare.*

A N N O M D X C.

957 Matrona nostri ordinis studiosa (inquit
eadem literæ anno 1590.) cùm longè ægrotaret ab
Urbe, & consumptis viribus non longius à morte
distaret, cupiebat extremum spiritum effundere
in aspediu nostrorum. Tum conuersa ad imaginem
Dæi Genitricis, ei consimilem quæ colitur

M M M 2 no.